ad regem Francie devolutum est. MCCLXXII Ayton rex Armenie moritur.

CCXXXVI capitulum de imperio Rudolfi et sibi contemporaneis, cuius I^a pars de gestis eius et quibusdam contingentibus.[a]

[R]udolphus[b] comes Honestburch electus aprobatur a Gregorio X. in favorem terre sancte, ad quam plurimum anhelabat personaliter proficisci. Unde ad eius peticionem Rudolphus cruce signatus est. Huic Rudolpho ad preces ~~p~~ pape Alfonsus rex Castelle cessit renuncians omni iuri quod haberet. Rudolfus autem redeunti ~~p~~ pape in Ytaliam occurrit cum regina et filiis apud Belliradorem et iuramentum praestitit fidelitatis Romane ecclesie de conservando ipsam quod habetur di ~~M~~ — LXIII. c. tibi — domino.[1] Dedit autem unam filiam suam coniti palatino qui est dux Bavarie, aliam duci Saxonie, aliam germano marchionis Brandeburgensis, quartam Karolo Martello primogenito Karoli ~~II~~ secundi regis Sycilie, qui postea fuit rex Ungarie. Primo autem filio suo Alberto, qui postea fuit rex

a) Die Überschrift glänzend rot am Rande schwarz CCXXXVI (c)

b) Freier Raum gelassen, am Rande links klein r. Gedruckt (nach Vatic. 1960) Murat. Ant. It. IV 1007.

1 ita c; Distinction. LXIII. Cap. Tibi Domino Murat.